

sita non potest iudex exequi sententiam : secus, si solum opponatur nullitas, nisi hæc foret notoria, 307. Iudex ordinarius potest reformare sententiam suam de jure nullam, 308. Et quid dicendum de iudice delegato, *ib.* Iudex a quo deferens appellationi, abdicat a se jurisdictionem, et transfert causam in superiorem, 323. Secus, si iudex a quo non deferat appellationi, dando apostolos refutatorios, 324. Pendente appellatione sunt iudicis, a quo manus ligatæ: et quomodo, 326. Iudex tenetur debite petenti exhibere apostolos, *ib.* Et an teneatur tradere apostolos non petenti, 324. Vide supra *Apostoli*. Iudex a quo non potest statuere terminum finiendæ appellationis, 331. Et quid de iudice ad quem, 332. Quis sit iudex in causa desertæ appellationis ob lapsum fatalium, 333. Vide supra *Fatalia appellationum*. Iudex a quo an procedere possit in causa principali, si appelletur super incidenti solum, 338. Quando sine incidenti illo non potest causa principalis expediri, nequit iudex a quo in ea procedere, *ib.* Alias id fieri posse, censent nonnulli : et horum fundamentum, 339. Opposita sententia est retinenda, *ib.* Solvuntur rationes prioris sententiæ, *ib.* Iudex a quo nequit revocare sententiam diffinitivam valide prolatam, *ib.* Potest tamen revocare sententiam interlocutoriam, vel gravamen, ac dein in causa principali libere procedere, *ib.* Quando appellatur a sententia diffinitiva, qualiter iudex ad quem possit ac debeat cognoscere de meritis causæ, 340. Et quid, si fiat appellatio ab interlocutoria, vel gravamine, *ib.* Executio sententiæ in causa appellationis an spectet ad iudicem ad quem, vel a quo, 341. Iudex datus sub clausula *Appellatione remota* potest exequi suam sententiam non obstante appellatione, 350. Ac tenet excommunicatio ab eo lata in contumacem post appellationem suam, *ib.* Iudex virtute dictæ clausulæ non deferens appellationi, minime punitur, *ib.* Quale remedium competat illi, qui per sententiam iudicis dati cum clausula, *Appellatione remota*, sentit se injuste gravatum, 352.

Iudex solus non probat, nec soli creditur, IV, 439. Iudex in materia feudali quis, 305. Iudex in materia asyli occurrente jam dubio est solus episcopus, V, 265. Prælati episcopo inferiores in dubio non possunt judicialiter cognoscere, 266. Bene tamen extrajudicialiter, ac pro informatione, *ib.* Quod idem potest iudex sæcularis, *ib.* Episcopus non tenetur, nec potest stare processui, aut informationi per iudicem laicum factæ, *ib.* Ut episcopus decidere possit, aliquem non gaudere asylo, debet judicialiter et certo constare de crimine excepto commisso, 267. In dubio ac in conflictu doctorum debet iudicare pro immunitate, *ib.* Si certo constat de crimine excepto, debet reum tradere, non obstante hujus appellatione, 268. Iudex sæcularis gravatum se sentiens an possit appellare, ac petere, ut interesse reus bene custodiatur, *ib.*

Iudex in propria causa nemo esse potest, III, 376. Iudex in causa matrimonii est solus ecclesiasticus, 499. Et quidem jure ordinario episcopus, *ib.* Ejusque vicarius generalis, *ib.* Et capitulum sede vacante, *ib.* Item prælati alicujus diocesis, 500. Ex commissione episcopi etiam alii inferiores, *ib.* Item consuetudine aut privilegio muniti, *ib.* Iudex sæcularis nec incidenter cognoscere potest de causa matrimoniali, *ib.* Probationes ad probandum nullitatem matrimonii, quæ requirantur, *ib.* Iudex adulterii. Vide *Adulterii iudex*.

Iudex censurarum, præsertim excommunicationis, ad hoc ut de illarum valore, vel nullitate cognoscere valeat, est solus ecclesiasticus, VI, 605. Laici partes iudicis assumentes in causa censurarum, sunt ipso facto excommunicati, *ib.* Et quidem in specie, qui publice censuratum faciunt adesse divinis, *ib.* Qui censuræ nullas declarare præsumunt, 606. Qui iudicem ecclesiasticum impediunt, ne per censuram latam, vel ferendam alios debitum compellat, *ib.* Qui illos vexant, in quorum favorem censuræ latae sunt, vel ferri volunt, *ib.* Qui contra censuram recurrunt ad potestatem sæcularem, *ib.* Vel ita recurrentibus assistunt, 907. Vel ad recurrendum præbent consilium, favorem, auxilium, *ib.* Nec excusantur, si quid horum faciunt sub prætextu nullitatis, nisi hæc sit manifesta, vel notoria, *ib.* Neque excusantur, si faciunt sub prætextu violentiæ prohibendæ, *ib.* Doctrina practica, quam multi hodie de facto existant excommunicati, *ib.*

Iudex delegatus debet esse præsens, et alios præcedere, quando fertur sententia criminalis, 109. Iudex hæresis. Vide *Hæresis iudex*. Iudex omnium scelerum, et peccatorum est episcopus, 397. Iudex laicus non potest petere, vel examinare processum, ab ecclesiastico factum circa crimen ecclesiasticum, bene tamen circa crimen fori mixti, si ei traditur reus, 557. Iudex a quo, quid facere, et observare debeat quando in processu criminali contra sententiam ab ipso latam appellatur, 109. Iudex ad quem, quid observare, et facere debeat, quando ad illum in processu criminali appellatur, 112. Appellationem frivolum regerit, *ib.* Legitimam admittit, *ib.* Male iudicantem punit, 113. Prius tamen auditum, *ib.* Iudex tenetur formare processum, accusatione apud se facta, 9.

Iudex a reo legitimus agnitus, non potest ut incompetens, etc., recusari, VII, 58. Iudex delegatus sententiam, etsi nulliter latam, revocare non potest, 122. Iudex inferior non potest penam remittere ex respectu personarum, 42. Nisi in casibus jure expressis, *ib.*, 115. Iudex non potest procedere nisi imploratus et judicialiter informatus, 77. Iudex qui potest juramentum in litem deferre, potest etiam juramento taxationem addere, 124. Iudex non servato juris ordine procedens in tortura, tenetur actione injuriam perpetua, et datur contra eum appellatio, 13. Iudex

(uti et quis superior) in dubio præsumitur iusta jubere, 62.

Judici, extra territorium, vel supra jurisdictionem suam, jus dicenti, impune non paretur, 63. Quomodo procedat, 138.

Judicis mandato quo quis facit, dolo facere non videtur, 62. Nisi præcipiatur aliquid contra jus divinum, vel humanum, 62, 63. Vel non pertinens ad officium iudicis, 63. Quod non solum de iudice, sed et de principe, et quovis superiore domino ac parentibus intelligitur, 62.

Judici pecuniam dans ut ferat injustam sententiam eam repetere non potest, 147.

Judice quæ fiunt, si non spectant ad ejus officium, non subsistunt, 65. Iudice, etiam illegitimo (nisi notorie tali) citatus comparere debet, 138.

Judicis officium quid sit, 65. Quando dicatur agere nulliter, *ib.*, 66. Etiam iudex supremus, 66. In dubio est præsumptio pro iudicis competentia, *ib.*

Judices delegati, qui generatim possint esse, I, 552. An causa possit delegari non subdito, 553. Vel invito, *ib.* Delegendus a Papa, vel subdelegendus, debet esse in dignitate ecclesiastica, etc., *ib.* An talis possit esse vicarius generalis episcopi, prior conventualis, et guardianus fratrum minorum, *ib.* Vicarius foraneus episcopi, vel prior claustralis, nequeunt esse delegati Sedis apostolicæ, *ib.* Bene tamen delegati episcopi, *ib.* Et quæ sit ratio disparitatis quoad hoc inter delegatum Papæ, et episcopi, *ib.*

Judicis delegati officium quale, 558. Iudex delegatus non debet procedere ante factam sibi præsentationem litterarum delegatoriarum, *ib.* Et an valide processus antea factus per ipsum, si postea superveniant illæ litteræ, *ib.* Delegatus præsertim papæ debet coram ordinario litteras suæ delegationis præsentare, *ib.* Potestque ordinarius eas ex officio petere, et alioquin delegato impune resistere, 559. Delegatio, an solum probari possit per litteras, *ib.* Delegatus formam mandati diligenter observare debet, *ib.* Atque probationes necessarias, legitimæque defensionis admittere, etc., *ib.* Etsi est delegatus Papæ, sententiam suam exequi, *ib.* Quam potest exequi vel per se vel per alium, et usque ad annum, *ib.* Sententiam delegati apostolici tenetur iudex ordinarius ad ejus mandatum exequi, *ib.* Etiam si sententiam delegati sciat esse justam, 560. Atque hoc amplius declaratur, *ib.* Quid, si delegatus Papæ jubeat clericum in possessionem beneficii induci, quem ordinarius scit non fuisse canonicè institutum, *ib.* Delegatus inferioris, an possit sententiam suam exequi, et quidem usque ad annum, *ib.* Iudicis delegati officium, et potestas quibus modis generatim cesset, 563. Quando ejus officium, ipsaque delegatio expiret morte delegati, *ib.* Et morte delegantis, 564. Iudex delegatus, si interloquendo pronuntiet, nullam sibi respectu talis causæ jurisdictionem competere,

finitur ejus jurisdictione; licet hanc revera habuisset, *ib.* Dummodo hoc fiat nemine appellante, 565. Nec potest eam absque nova commissione reassumere, etiam si partes de novo in ipsum consentiant, *ib.* Iudex cæteroquin incompetens, seu datus per litteras invalidas, habet potestatem cognoscendi in dubio, an ipse sit iudex, necne, *ib.* Delegatus virtute rescripti subreptitii, an de consensu partium possit in causa procedere, *ib.* Iudicis delegati officium expirat per revocationem ejus, *ib.* Et quomodo is revocari possit, *ib.* Delegati jurisdictione cessat lapsu temporis præfixi, 567. Et quomodo illud sit computandum, *ib.* Et an partes communi consensu terminum illum possint prorogare, *ib.* Cessat insuper jurisdictione delegati finito negotio, ad quod iudex datus fuit, *ib.* Iudicis delegati officium, an, et quomodo cesset recusatione, *ib.* Causa recusationis iudicis delegati regulariter debet tractari per arbitros, 568. Exceptis tribus casibus, et quibus, *ib.* Iudicis delegati officium cessat nonnullis aliis modis, *ib.*

Judicibus pluribus delegari simul potest eadem causa, 561. Solvitur instantia, *ib.* Quid si pluribus delegatis detur jurisdictione in solidum, *ib.* Ex pluribus delegatis ille præsumitur cæteris dignior, qui prior in rescripto nominatur, *ib.* Si pluribus eadem causa simpliciter delegetur nequit unus sine alio procedere, *ib.* Idque magis declaratur, simulque limitatur, *ib.* Quid juris, quando causa pluribus delegatur cum clausula, *Quod si omnes interesse nequeant, duo eam agnoscant*, 562. Præsertim si tunc unus, cum possit, interesse nolit, *ib.* Solvuntur contraria, *ib.* Delegatus, cum possit, interesse nolens, a quo sit redarguendus, 563. Quid, si plures delegentur cum clausula, *Ut omnes, aut duo, aut unus eorum mandatum exequatur*, *ib.*

A iudice delegato, vel subdelegato, an possit appellari, 568. Præsertim a delegato Papæ cum clausula, *Appellatione remota*, *ib.* Et subdelegato per ipsum, *ib.* Ad quem sit appellandum a delegato vel subdelegato, 569. Quando iudex ordinarius causam delegavit, semper appellatur a delegato ad delegantem, *ib.* Sicut a subdelegato appellatur ad delegatum Papæ subdelegantem non in totum, *ib.* Secus, quando delegans Papæ subdelegavit causam in totum; quia tunc non appellatur ad ipsum, sed ad Papam, 570. Dantur etiam tres casus in quibus ab subdelegato non appellatur ad delegatum Papæ, licet hic subdelegasset non in totum, *ib.* Et quales sint hi, *ib.*

Judici non servato juris ordine interroganti, an reus teneatur fateri veritatem, II, 495. Et quid, si iudex legitime interroget, 497. Iudex nequit Deum interrogare de occultis criminibus, si nulla præcessit infamia, probatio vel indicium, 496. Neque convictum de uno crimine potest interrogare de alio non connexo, *ib.* Alias graviter peccat, *ib.* Vide infra *Reus an iudici, Reus ex præsumptione*.

Judicis potestas finitur per sententiam diffinitivam, III, 289. Judex, praesertim delegatus, an, et quomodo possit exequi sententiam suam, 293. Post sententiam latam expirat officium judicis; et quomodo, *ib.* Judex tenetur victum victori condemnare in expensis, 295. Alias tenebitur expensas resarcire de suo, 298. Nisi haec nullatenus fuerint petita. Vide supra *Expensae*. Judices plures si concurrant, standum est majori parti concordantium in eadem sententiam, 302. Si duo judices contraria pronuntient, quid agendum, *ib.*

Judicis suspecti recusatio, quando, et quomodo fieri debeat, 356. Vide infra *Recusatio judicis*. Judices ipsi tenentur causam sententialiter terminare, omissis relationibus, 358. Judex inferior, an possit cognoscere de confirmatione per Papam facta, 362. An privilegiatus a Papa sit capax privilegii, potest judex inferior cognoscere, 363. Vide supra *Confirmatio*.

Judices ecclesiastici debent judicare gratis, III, 377.

Judices laici, seu saeculares, in causa censurarum judicium assumentes, vel se immiscentes, vel judicem ecclesiasticum impediunt, vexantes, vel alios in causa censurarum inhibentes, ad se trabentes, vel recipientes sunt ipso facto excommunicati, VI, 605.

Judicis in praesentia peccans quomodo processur, 46.

JUDICIUM contradictorium, quid, I, 295.

Judicium dividitur juxta quatuor causarum genera, II, 171. Nempe, in saeculare et ecclesiasticum, *ib.* In civile, *ib.* Criminale, *ib.* Et mixtum, *ib.* In petitorium, et possessorium, 172. In ordinarium, *ib.* Ac summarium, et quid, *ib.* Judicium summarium in quo consistat, *ib.* In hoc possunt omitti solemnitates juris positivi: non item in judicio ordinario, 173. In summarium tamen non possunt omitti ea quae requiruntur de jure naturali, vel gentium, ad causae decisionem, *ib.* Judicium summarium in quibus causis legitime habeat, 172, 173. Instituitur in causis celerem expeditionem requirentibus, 173. Et quae sint istae, *ib.* Item in causis pauperum, personarum miserabilium, etc., et religiosorum, *ib.* Et ob modicitatem causarum, 174. In causis summarie tractandis potest observari processus ordinarius, et sub quo rigore, *ib.*

Judicii nomen varias habet acceptiones, II, 167. Ejus definitio per Glossam data, quae, 168. Alia judicii definitio refertur, *ib.* Ad constituendum judicium requiruntur tres personae principales; et quae, *ib.* In judicio semper intervenit actor, vel vere, vel fecte, *ib.* Dantur in judiciis aliae personae accessoriae, *ib.* Judicium quomodo differat ab instantia, lite, et causa, *ib.* Judicium quando censeatur incipere, 169. Judicium ordinarium proprie incipit a litis contestatione, *ib.* Judicium incipit a citatione quoad tres effectus; et quales, *ib.* Judicium quoad faciendam rem litigiosam,

incipit ab oblatione libelli, 170. Confessio vel alia res, quando censeatur facta in judicio, *ib.* Judicium incipit tum a litis contestatione, tum a citatione, sed diversimode, *ib.* Dividitur in tres partes; et quales, *ib.* Judicii civilis quatuor sunt species, et quae, 174.

Judicia universalis, horumque species, quae, *ib.* Judicia generalia, 175. Horumque differentia ab universalibus, *ib.* Judicia specialia, seu particularia, *ib.* Et judicia communia, quae, *ib.* Judicium criminale subdividitur in capitale, et non capitale, *ib.* Et in publicum ac privatum, *ib.* Judicia publica, ac privata, cur sic dicantur, 176. In judicio qui possint stare ut actores, vel rei, 190. An excommunicatus, *ib.* Filiusfamilias, *ib.* Furiosus, prodigus, et servus, 191. An mulieres, *ib.* Pupillus, *ib.* Minorennis, 192. Acta unius judicii, an fidem faciant in alio, 197. Vide supra *Acta judicii*. In judicio tenentur partes litigantes per seipsas factum proponere, nisi sint indiscretae, 203.

Judiciorum preparatoria, et decisoria, quae, 203. In preparatoriis judiciorum attenduntur consuetudines fori, ubi litigatur, 204. Quoad decisoria attenduntur consuetudines, et statuta litigantium, *ib.* In judiciis servanda est aequalitas, 574. Et qualiter istud sit intelligendum, *ib.*

Judicii ordinarii fundamentum et basis, lapsisque angularis, est litis contestatio, 279. In judicio summario tamen non requiritur litis contestatio, licet fieri possit, *ib.* In eo vim litis contestationis habet primus actus, qui fit vel caeteroquin fieri solet post litem contestatam, *ib.*

Judicium seu placitum, an possit exerceri diebus feriatis, 314. Saltem de consensu partium, 315. Aut ratione necessitatis, vel pietatis, 316. Vide supra *Feria*. Judicium possessorium, quid? 343. Judicium possessorium est triplex, et quale, 344. Judicia possessoria alio nomine appellantur *Interdicta*, *ib.* Vide supra *Interdicta*. Judicium petitorium, quod, *ib.* In judicio causam possessionis et proprietatis cumulare, quid, 377. Et an istud fieri possit, *ib.* Sententia lata in judicio petitorio, an pariat exceptionem rei judicatae in possessorio, *ib.* Sententia lata in judicio possessorio absorbetur per sententiam illico pro parte adversa latam in petitorio, quoad effectum principalem, non quoad effectus secundarios, 378, 382. Judicium possessorium retinendae an possit aliquando cumulari cum petitorio, 379. Vide infra *Possessionis causa*.

Judicis in universalibus adest obligatio restituendi quoslibet fructus, per quos possessor bonae fidei factus est locupletior, 414. An idem dicendum in judiciis particularibus, *ib.* Sententia affirmativa est communior, probabilior, 415.

Judicia duplicia, seu communia, quae, 371, 535. In his utriusque parti litigantium incumbit onus probandi, *ib.*

Judicio in summario an exceptiones, praesertim requirentes altiore indaginem, admittenda sunt, III, 217. In hoc non prohibentur fieri exceptiones

legitimae, *ib.* Exceptiones tamen frustratoriae in eo sunt repellendae; et quidem fortius, ac in aliis causis, 218. Exceptiones dilatoriae an in judicio summario repelli debeant, *ib.*

Judicium summarium, quod, 219. Solet declarari per *Possessorium retinendae*, *ib.* Appellatur *Judicium interim*, seu *summarissimum possessorium*, *ib.* Judicium retinendae possessionis, duplex, 220. Videlicet, ordinarium, seu plenarium, *ib.* Et possessorium summarium, seu potius summarissimum; idque declaratur, *ib.* Sententia in judicio summarissimo lata, est solum interlocutoria, non diffinitiva, *ib.* Secus dicendum de sententia lata in possessorio ordinario, *ib.* In judicio summarissimo non admittuntur exceptiones tangentes proprietatem rei, 221. Nec turbidae, seu requirentes altiore indaginem; idque varie explicatur, *ib.*

Judicium quomodo sumatur in lato sensu, VII, 41.

JURAMENTUM etiam metu gravi extortum, est validum, licet secus sit in voto; et quae disparitas, II, 420. Sponte ad jurandum se offerens, reddit se suspectum, I, 520. Juramentum judiciale, qua ratione dividatur, III, 157. Prout respicit partes litigantes, dividitur in juramentum calumniae, malitiae et juramentum de veritate dicenda; et quid, *ib.* Prout respicit decisionem causarum, dividitur in juramentum decisorium litis, et in juramentum in litem; et quid, *ib.* Juramentum in litem est triplex, 158. Nempe juramentum in litem de veritate, *ib.* Juramentum in litem de affectione, *ib.* Et juramentum in litem de interesse; et quid, *ib.* Juramentum in litem deferitur solum ratione doli, non ratione culpae, *ib.* Juramentum judiciale aliud est testium, aliud iudicis, advocatorum, tutoris, etc., *ib.* Juramentum an sit licitum praesertim sacerdotibus ac religiosis, 159. Juramentum debite factum est licitum, et actus religionis, *ib.* Non tamen est de genere eorum, quae per se bona sunt, et frequentanda, *ib.* Consuetudo incaute jurandi est periculosa, *ib.* Ad juramentum ut sit licitum, tres requiruntur comites, nempe veritas, judicium et justitia: idque declaratur, *ib.* His concurrentibus licite juratur, etiam per sacerdotes et religiosos, *ib.* Sine justa causa jurare etiam verum ad minus est peccatum veniale, *ib.* Sacerdotes in levi causa non sunt compellendi ad jurandum, *ib.* Possunt tamen jurare in casu necessitatis, sicut et religiosi, *ib.* Christus, *Matth.*, v, 34-36, prohibuit jurare per creaturas, servandum est juramentum, *ib.* Explicatur officium illud Salvatoris *Matth.*, *ib.* Juramentum est a malo; et quomodo, *ib.* Jacob, V, 12. Non prohibetur juramentum simpliciter, sed voluntas jurandi incauta, et sine causa, *ib.* Juramentum quomodo sit interpretandum, *ib.* Juramentum est stricti juris, sicutque interpretatur, *ib.* In bono autem juramentum interpretatur secundum intentionem jurantis, 161. Et

si de hac non constet interpretatur stricte pro favore jurantis, *ib.* Favor juramenti, et reverentia ipsi debita, in quo consistat, *ib.* et 164. Juramentum praestitum circa materiam juris communis, idque varie exemplificatur, 161. Non obstante juramento de rebus Ecclesiae non alienandis, potest episcopus novam ecclesiam aedificare, si populus ea indigeat, *ib.* Jurans in omni causa servare ordinem judicium, non tenetur hunc servare in notoriis, *ib.* Qui jurato promisit judicio sisti, potest ex causa illud deserere, *ib.* Jurans perpetuam residentiam, potest in casibus a jure permissis abesse, 162. Qui juravit parere juri, vel mandatis Ecclesiae, potest ob injustum gravamen licite appellare, *ib.* Et qui juravit, consilium vel secretum alterius nulli revelare, tenetur solummodo celare consilium ipsius honestum; non vero malum, et reipublicae perniciosum, *ib.* Juramentum de servando secreto, v. g. capituli, concilii, etc., qualiter sit intelligendum, atque obliget, *ib.* Juramentum generale debet ita intelligi, si fieri potest, ut non obviet juri, 161. Juramentum promissorium in materia levi violatum, continet duntaxat peccatum veniale, 162. Juramentum episcoporum, canonicorum, et aliorum ad dignitates, vel officia promissorium, item juramentum capitulorum, collegiorum, universitatum, etc., jurantium servare propria statuta, qualiter sit interpretandum, *ib.*

Juramentum an sit interpretandum secundum intentionem jurantis, vel illud recipientis, 163. Juramentum bona fide generaliter praestitum, interpretatur secundum intentionem jurantis, nec extenditur ad incogitata, *ib.* Debetque civili modo intelligi, idque exemplificatur, *ib.* Si jurans fuit in dolo, tunc juramentum ejus interpretatur, atque obligat juxta intentionem recipientis, *ib.* Juramentum est interpretandum juxta mentem recipientis, quando, II, 501.

Juramentum servandi statuta, utrum extendatur ad statuta in posterum edenda, III, 166. Juramentum servandi statuta edita, non extenditur ad edenda, 165. Etiam si quis promittat vi juramenti antea praestiti eadem servare, 166. Juramentum etiam absolute praestitum servandi statuta, non extenditur ad futura, nisi exprimat, *ib.* Vel nisi posterius statutum veniat ad declarationem prioris duntaxat, *ib.* Solvuntur contraria, *ib.* Disparitas inter hypothecam, et juramentum, 167. Juramentum servandi statuta, capitulationes, aut consuetudines alicujus Ecclesiae, vel communitatis, an, et qualiter obliget, quando in eis aliqua continentur, quae sunt illicita; vel vergunt in praedjudicium ecclesiae, seu dignitatis, ad quam jurans assumitur, 170. Hujusmodi juramentum obligat solum ad servanda statuta, *ib.* Juramentum contra utilitatem ecclesiasticam ab episcopo ante suam electionem praestitum, non tenet, *ib.* Neque obligat juramentum regis in praedjudicium regni sui, *ib.* Juramentum servandi statuta, capitulationes, etc.,